



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Balbina V. 31. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

R T.
ion
ter-
iltā
ses-
&
a-
sset
am
ip-
du-
illi
um
rio
vit
sa-
est
a è
im
do
nec
vo-

i.
ge-
co-
ci-
ne
or,
n-
n-
in
u-
iis

ST. MART. *Vite Sanctorum.* 185
spiciis fretus bellum omni superstitioni indixit, templo passim Deorum revertit, DEO posuit. Cum ex humano hospitio Stygis incolam exigeret, voluit hic in mulum REGVLI migrare. At quod virtute crucis vel ab hoc magistro docerentur nostri haeretici, mulus pede priore in pulvere crucem scripsit, itaque longe hostem proscriptis. Divus vero, qui aditum hunc orco negavit, exitum e carceribus Christianis facile indulxit. Nam cum permulti inter vincula agerent, REGVLVS scipione clavis vicem usus, ostium pulsavit, aperuit, vincitos omnes dimisit; cumque urbi Praefectus unam pro omnibus vicariam victimam REGVLVM morti destinasset, in somnis Dionysius adfuit, morteque, quam REGVLO parabat, ipsi judici intentavit. Illud simul lepidum, simul mirandum. Ad concionem dicebat; sed dicentem garrula animalia ranæ saepè saepius interpellabant. Imperavit REGVLVS silentium immorigeris, & ecce continuo tacita audiverunt declamantem. Dixisse tunc illas in homines iterum, hodie vero homines in ranas iterum abiisse. Ex Petro de Nat.

S. BALBINA V. 31. Martii.

Pvallis aliis sponsum forma, BALBINÆ deformitas conciliavit. Id in hunc modum accidit. Ad miraculum

M. 5 primò

primò formosa fuit, obque id parenti Quirino Tribuno unicè chara. Sed quia hic Alexandrum Pont. itemque Hermetem Præfectum ob fidem in vinculis habebat, Numen vindicare impietatem patris in filiā (oculo parentis) statuit, colloque virginis ingens onus, & quod omnem pulchritudinem extingueret, strumam appendit. Cum hāc dote cū nulli jam placeret RALBINAM duce-re, & parens desperandum sibi de nuptiis filiæ videret, Alexandrum in vin-culis accessit, promisitqne, si strumam filiæ collo pelleret, superstitionem sc̄ cum hāc animo pulsurū. Facile utrin-que convenit. Vix admovit Alexander filiæ vincula sua, quæ Quirinus injec-rat, cū illa strumam, uterque supersti-tionem posuit. Itaq; jam nuptiæ splen-dide parabantur. Sed puer elegantissi-mus adstitit virginī, face armatus. Is-sive Amor sive Hymenæus sanctior fa-cilè melioris Sponsi amore accedit, IESVque ut nuberet, induxit. Interea creberrima oscula salutis auctoribus vinculis Alexandri fixit. Idem præstítit monita ab Alexandro D. Petri vinculis. Mortui deinde pro Christo & Alexan-der & pater; virgo longius supervixit, utriusque heres virtutis. Ex Ferrario.

APRI-